

## Franckesche Stiftungen zu Halle

# Rector Academiae Lipsiensis Ad Solennia Paschalia Sacra Oratione Latina Pie Celebranda Qva Decet Hvmanitate Invitat

**Götze, Christian**

**Lipsiæ, [1712?]**

**VD18 13541293**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:oby:ha33-1-200519](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:oby:ha33-1-200519)



1. Progr. Cipp. natal. it. len.
2. Progr. Lips. pasch. it. len. it. Erfurt.
3. — — Pentec. it. Witt.
4. Harthiana Helmst.
5. Heinecc. de aera nativ. Christi
6. Bel Hist. Linguae Ungar.
7. Reimnitz Postscriptum



61. C. 2

61 C 2

261

RECTOR  
ACADEMIAE LIPSIENSIS  
AD  
SOLENNIA  
PASCHALIA  
SACRA ORATIONE LATINA  
PIE CELEBRANDA  
QVA DECET HVMANITATE  
INVITAT.

120.

RECTOR  
ACADEMIAE LIPSISNSIS  
AD  
SOLENNIA  
PASCHALIA  
SACRA ORATIONE LATINA  
PUBLICE CELEBRANDA  
QUAE DECEET HUMANITATE  
INVITAT.



**S**i Christus praedicatur ex mortuis resuscitatus, quomodo dicunt aliqui inter vos, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν ἢ ἐστὶ MOR-  
 TVORVM NULLAM DARI RESVRRECTIONEM? Clarissimus iste  
 est omnique exceptione maior ἔλεγχος, quo nostrae  
 RESVRRECTIONIS spem, aduersus negantes, con-  
 firmat gentium Apostolus. Tales nempe quamplu-  
 rimi in Ecclesiam quoque irreperant, quod & illo  
 loco indicat Apostolus cum Corinthiis agens Christia-  
 nis, in quibus (ἐν ὑμῖν) esse ait, qui beatam illam ex-  
 pectationem destructam eant: quos ad τὴς ἔσω pro-  
 inde spectare sit manifestum, oppositos τοῖς ἔξω, ut in  
 eadem epistola distinguit Paulus, siue paganis, siue  
 Iudaeis. Imo in eorum non nullos ecclesiasticam  
 disciplinam exercuerat Apostolus, *Hymenaeum* scilicet,  
 & *Alexandrum*, quos Satanae se tradidisse ait, si forte  
 resipiscere nuntiumque mittere doctrinis blasphemis  
 velint: quae in eos qui Christo nomen ante non  
 dedissent exerceri non poterat. *Hymenaeum* vero il-  
 lum inter praecipuos fuisse *Resurrectionis* ex mortuis  
 hostes, iuxta cum *Phileto*, ex posteriori ad Timotheum  
 epistola discimus, ubi περὶ τὴν ἀλήθειαν non ipsi tan-  
 tum ἀσοχήσαι dicuntur, h. e. vera meta excidisse, quae  
 nempe nobis proposita sit vita beata, ex resurrectione  
 corporum adeunda, dum factam eam esse iam doceant:  
 verum aliis etiam fidei ad fundamenta usque evulsae  
 autores extitisse, ἀνατρέποντας τὴν τινῶν πίσιν,  
 quippe quae fides ματαία sit inanis prorsus, & nulla,  
 euerso ab iis hocce eiusdem fundamento. Istitis vero  
 duobus tam pestilentis doctrinae autoribus iungere

1. Cor. XIV, 12

Prolegomena  
 P. Gotti. Olevio

1. Cor. V, 12

1. Tim. I, vii,  
 coll. 1. Cor.

1. Cor. V, 5

2. Tim. II, 17

1. Cor. XV, 17

*Alexandrum* suadet quod idem eum *Hymenaeo* Apostoli iudicium ei fuerit subeundum, propter hoc ipsum quidem quod iuxta cum eo *fidem & bonam conscientiam* vi quasi quadam excusisset: (*πιστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν ἀποσάμεινοι*) id quod ad doctrinam de resurrectione spectare paulo post patebit. Isti homines quales cetera fuerint non satis constat, (nisi quod *Alexandrum* eundem cum *Alexandro* illo Ephesio, de quo

XIX, 33. Lucas in Actibus Apostolorum, Iudaeumque adeo, fuisse, reliquos etiam ex Schola Sadducaeorum in Ecclesiam irrepsisse, ex paulo post dicendis fiat probabile: ) neque multum interest nosse: Quae ipsorum fuerit ea de re *sententia* penitus explicare, quam *causam* eius habere potuerint & *rationem*, quid argumentis pro veritate *opposuerint*, quam plane eorum errorem *ingulet* certissimis factis nixa *fides Christiana*, praestiterit inuestigasse. Genuinam *sententiam* eorum quod attinet, non corporum tantum restitutionem, sed omne praemium aeternae gloriae, & vitae posthac sperandae, eos negasse, manifestum est ex illis quae toto capite XV prioris ad Corinthios epistolae iis opposuit Paulus; quae ipsa observatio in eis est, quibus probabile redditur ex Sadducaeorum Schola istos homines ad Ecclesiam transiisse, qui ita *ἀνάρτασιν* negabant, ut vitae etiam futurae felicitatem nullam expectarent, nulla mercede Deum a se amari & coli superciliose iactantes. Sunt autem ex quibus illam mentem eorum elicias Pauli sententiae potissimum sequentes: *Primum*: eorum si sequenda *hypotesis* sit, concludendum esse ait, *eos qui in Domino mortui sunt PERIISSE*, hoc est spe sua laborumque mercede omni frustratos esse, nulla omnino

v. 14.

omnino sui parte superstites, nulla vita, ex qua aliquis  
 felicitatis existeret sensus, ipsis relicta. Porro: Ea v. 19.  
 ratione fieri dicit, vt qui in Christum credunt omnium  
 mortalium sint miserissimi, quippe qui in hac vita ab-  
 icctissimi, περιψήματα καὶ περιμαδάματα, in futura ni-  
 hil spei repositum habeant. Imo inanem plane fidem v. 17.  
 esse dicit, si locum inueniat quod illi dicant, quippe  
 cuius nulla hac ratione sit meta, nullum τέλος, quod  
 est docente Apostolo Petro ἡ σωτηρία ψυχῶν salus ani- i. Pet. I, 9.  
 marum. Quae certe omnia indicio sunt sententiam  
 impugnari, omnem remunerationem vitae futurae  
 repudiantem. Rationem & causam huius erroris sui  
 quam habuerint non minus dilucide eodem loco Gen-  
 tium Apostolus explicat; scilicet eam coecutientis cir-  
 ca modum restitutionis hominis, semel morte destru-  
 cti, & in cineres redacti, rationis palpationes atque er-  
 rores absoluebant: πᾶς quomodo resuscitantur mor- i. Cor. XV, 35.  
 tui? ποίῳ quali corpore venient? Hinc Apostolus  
 stoliditatis arguit hominem ita arguantem, cum ipsa v. 36.  
 ratio suadeat, idoneam rem negandi rationem non  
 esse ignorantiam modi, qui ne in operibus quidem na-  
 turae, quorum exempla adducit, semper cognoscatur.  
 A quibus ducto argumento euidencia summa collig-  
 itur, multo magis in opere supernaturali ad VOLVN-  
 TATEM & POTENTIAM Dei vnice esse respicien-  
 dum. Hinc vera causa abnegatae illius veritatis ab  
 Apostolo relinquitur sola ἀφροσύνη stoliditas eorum,  
 & mentis peruersitas. De qua vt penitus constet, ad  
 primam quam Corinthiis Paulus scripsit epistolam  
 recurrendum, vbi ratione scilicet destitutos solida, ex  
 eo decumano erroris fluctu abreptos arguit, quod im-  
 probus



probus eos affectus transuersos rapuisset, ἀγαθὴν συνέ-  
δρασιν ἀπωσαμένους, bonae conscientiae studio excusso.  
Nempe causam habens homo peccator, quem con-  
scientia non improperando tantum, verum etiam  
damnando, infestet, reformidandi Deum iudicem, cum  
gloria & maiestate manifestandum: quippe quem non  
ad praemia tantum distribuenda, verum poenas etiam  
irrogandas, sedere iudicem nouerit: quicquid eo spe-  
ctat abnegare cupit: ut si spe sibi sit carendum felici-  
tatis venturae, quam morum ingeniique peruersitas  
nullam esse sinat, metu saltem ne torqueatur πρόκαιρῶν, &  
antequam adueniat magna illa iudicii dies. Haec au-  
tem vera *soliditas* & mera ἀφροσύνη, affectum audire,  
vbi *ratio* erat cum primis audienda, & ut ei consulas,  
negando quantum in te est destructum ire quae immu-  
tabili consilio Dei ita sint rata, ut mutari non possint,  
maiore cum pondere incautum, & nihil metuere vo-  
lentem, oppressura. Verum clarissimis *Scripturis*,  
mortuorum resurrectionem affirmantibus, quid homi-  
nes illi *regerebant*? Scilicet earum negare non au-  
dentes autoritatem, quod alii quidam Apostolici acui  
haeretici fecere, vbi paganis opinionibus, quas cum  
Christiana doctrina coniungere cuperent, scripturas  
priores obseruarent repugnare, effugiis utebantur qui-  
busdam, *resurrectionem iam factam esse* docentes: Ea-  
dem scilicet vsi exceptione cum veteribus Sadducaeis,  
(quod probabile denuo reddit, ex eorum Schola eos  
prodiisse,) qui itidem in parabolas vertentes, quae de  
RESURRECTIONE in prophetis scriptis occurrunt,  
eam iam factam esse nugabantur. Manifestum illud  
ex R. Abarbanęle in expositione Radicis tertiae de re-  
surrectione

2. Tim. II, 18.

surrectione mortuorum, vbi secundum istius sectae homines ait ea, quae in Lege & prophetis de resurrectione dicuntur, esse *משל לקבוץ הגלויות וזמן הגאולה*  
FORMAS LOQVENDI PARABOLICAS *restituendam captiuitatem, & redemptionis tempus significantes.* Fufius illa persequitur Menasses Ben Israel, in eruditissimo libello de resurrect. Mort. Zaducaeos enim vbi resurrectionem negare ostendisset, addit: *Neque tamen idcirco derogabant fidem prophetis, & libris Hagiographis, sed loca quae leguntur tum apud Iesaiam, vivent mortui tui, tum apud Iezecbielem, ecce ego aperiam sepulchra Vestra, item in Daniele, multi dormientes in terra puluere expergiscentur. Et, tu ad finem pergito, & requiesces, ac resuscitaberis in cognatione, in extremo dierum: Loca inquam haec omnia, ex quibus liquido constat mortuos resurrecturos esse, in alium longe sensum interpretabantur. Nam per mortuos apud Iesaiam & Iezecbielem intelligi dicebant Israelitas, qui nunc sunt tanquam mortui, quoniam per omnes gentes dispersi sunt: Resurrectionem vero eorum exponebant de redemptione, & liberatione ex misera contemptaque vitae conditione. Testimonium autem Ezechieleis XXXVII ossa illa sunt domus Israel &c. & paulo post: ecce ego aperiam sepulchra vestra &c. Testimonium inquam hoc parabolam esse aiebant, qua significatur, quod Deus suo tempore ex captiuitate eripiet ac liberabit Israel, eumque ex isto statu ad meliorem & longe excellentiorem transferet. Quod vero apud Danielem legitur, illud explicarunt de imperio Asmonaeorum, per quos ab Antiochi iugo liberati sunt, aut de regno Messiae. Quod autem dicitur ad finem ambula & requiesces, eo Danielem*

L.I. c.VI.

lem in quiebant omnes homines monere, ne anxie inquirerent de fine mundi, aut de diebus Messiae, sed hoc totum Deo committerent, illud enim aliquando venturum esse, ut suis sperata & expectata diu gaudia tribuat: & hoc sensu accipi verba ista volebant: resuscitaberis in cognatione tua in fine dierum. Cum quibus si compares quae Hymenaeo & Phileto, Resurrectionem iam factam esse caillantibus, tribuit Pelagius, nulla alia re differre videas, nisi eo forte, quod Menassen Sadducaeorum explicationes captiuitati, qua nunc premuntur Iudaei, accommodasse obserues. Diserte nempe Pelagius in Commentario ad epistolas Pauli, qui inter opera Hieronymi legitur, illos homines statuisse ait, in liberatione Israelis ex captiuitate Babylonica, per aridorum ossium viuificationem Ezech. c. 37. praefigurate, resurrectionem iam factam esse. Quo ipso tamen negare nolim, eos, ut est semper varius error, alias quoque vias explicandae hypothese de resurrectione iam facta quaesuisse. Inprimis probabile est, quod Augustino & Pseudo Anselmo est traditum, nullam amplius expectandam resurrectionem esse, eos propterea statuisse, quod in regeneratione per baptismum & poenitentiam, quae resurrectionis cuiusdam instar habeant, ea facta iam fuerit: Neque non credere par est hominibus illis persuasum fuisse, resurrectionem simul & politicae & spiritalis liberationis atque instaurationis typum habere. Theodoriti enim quidem fidem, qui resurrectionem eos interpretatos ait τὰς ἐκ παρομοίας διαδοχὰς seu continuas successiones quae per liberorum procreationem fiunt, penes autorem esse velim. Mihi quidem ea probabilis ideo non videtur, quod ex ea ratione non facta, sed

Augustin. Ep.  
119.  
Pseudo-Anselm. Comment. ad  
1. Cor. XV.

sed fieri quotidie resurrectio ab eis affirmari debuerit. Ex Theophylacto vero quod a Cornelio a Lapide observatur, annuam rerum renouationem eos per resurrectionem intellexisse, praeterquam quod ex eadem ratione, quam antea allegauimus, videatur incommodum, nusquam apud Theophylactum reperiri, iam pridem a viris eruditis Cornelio fuit exprobratum. Sed quicquid nugentur cauillenturue de resurrectione iam facta *Hymenaeus* atque *Alexander*, cum *Phileto*, causam earum penitus *ingulat* certissimo facto nixa fides Christiana: *Si Christus enim PRAEDICATUR ex mortuis resuscitatus, quomodo dicunt aliqui MORTVORVM NVLLAM DARI RESVRRECTIONEM? Factum, quo tota illa res nititur est Christi ex mortuis resurrectio.* Eius vero certitudinem indicans Apostolus eam PRAEDICARI dicit. Nempe tam clara habebat PRAECONIVM illud eius facti argumenta, vt non posset eius certitudo absque summa malitia, & euidenti conscientiae obnitente pervicacia, in dubium vocari. Neque enim tantummodo hoc praekonium demonstrabat *Messiam* esse Iesum, a Pilato Iudaeorum impulsu crucifixum, eum vero ex mortuis resuscitandum esse, ex scripturis V. T. quorum fallere non possent oracula, praeeunte in sermonibus suis ad discipulos Emmauntem euntibus ipso Christo, ostendebat: quales essent scilicet quae clavis dictis Gen. III, 15. Ps. XVI. LXVIII. Es. LV, 3. LXIII. Hof. VI, 1. 2. &c. vel typis non obscuris, sacrificii Levit. XIX, 5--8: oblationis primitiarum Levit. XXIII, 10: Ionae in ventre carchariae Ion. II. rem illam significarent; verum etiam ad ipsum sensuum testimonium suorum PRAECONES illi provocabant, quod audierant, quod viderant oculis

B

*suis,*

1. Ioh. I, 1.

*suis, quod tempore sibi concessio penitus contemplati fuerant, quod manus eorum palpauerant, de verbo vitae, testati. Qui vero viri! qui scilicet fallere in hoc negotio neque voluerint neque potuerint. Non potuerint quidem, nulla autoritate opibusque, neque arte, neque versutia, instructi, quae ad tale opus molendum idonea esset: imo nulla humana subsidia habentes, quibus homines tam multos, ingeniis studiisque tam varios, ex parte suos pariter ac magistri hostes, inducerent, ut in tam spissum mendacium, ab omni verosimilitudine, secundum receptas opiniones, tam alienum conspirarent: cum contra aduersariis eorum nihil deesset adiuventorum ad fraudem, si qua subesset, detegendam, testibus & consciis eius rei, siue amicis Christi, siue inimicis, ad synedria & iudicia vbique protractis. Sed neque voluisse fallere homines, quos metusita exterruisset, ut viuum adhuc, sed in hostium potestatem redactum, Magistrum desererent: nullo emolumento, vel ipsius, vel suo, spisso mendacio mundo imposituros de mortuo, cui viuo vsque ad extrema adhaerere ausi non fuissent: imo quibus dira omnia ex hoc testimonio suo essent expectanda: & qui maiore virtute confirmati, ea sustinere etiam pro hoc testimonio suo non vererentur, vitam, quam meticolose antea retinuerant, lubenter nunc abiicientes: qui summa praeterea & morum & doctrinae sanctitate conspicui essent, neque quippiam magis quam omne genus fraudum mendaciorumque auersarentur. Sed neque ipsos falsos, quo sibi impositum esset id bona fide ad alios PRAEDICATIONE propagasse, dicere licebit. Quid eos sefellerit enim? an phantasiae forte morbus? Quis vero credat homi-*

homines nihil tale expectantes, sensibus integris, plures  
tum seorsim, tum simul, ita vt plures D vice vna vide-  
rint Dominum resuscitatum, vice non simplici sed plu-  
riès, tractu temporis satis longo, dierum scilicet  
XL, plena die, rem videre eandem, personam, facta,  
sermone eiusdem generis percipere mente, videre  
oculis, auribus audire, palpare manibus; cum dubita-  
rent cum maxime, neque aliorum satis crederent rela-  
tis, imo vix oculis suis: summa quae dari potest & sen-  
suum & rationis euidentia denique conuinci: ex visis  
& auditis singularem virtutem concipere animo, imo  
vim diuinam naturae motis limitibus testatum reddendi  
quod vidissent, haec quaeso quis aegrotae & decli-  
nantis phantasiae credat esse lusus? Eadem pleraque a  
spectro eis imponi potuisse, improbi alicuius spiritus arte,  
vetant. Sane illa omnia suadent de veritate corporis  
humani, praesentis, eis persuasum fuisse, omni con-  
uictionis, quae in negotium hoc cadere posset, genere,  
neque spiritum adeo vel umbram sensibus eorum illu-  
sisse. Neque ea doctrinae Christi est indoles, vt eam  
artibus suis promotam cupere mali spiritus possent. Ne-  
que diuinæ conueniens prouidentiae est, pati, ita in re  
salutem hominum concernente vt imponeretur ho-  
minibus probis, vt nulla humana industria superari im-  
postura valeret. Sed & eo PRAECONIUM istud re-  
surrectionis Christi in argumentum certitudinis eius  
abit, quod digitus Dei illud in insignibus maxime mi-  
raculis, & flexanima ac verticordia virtus, quam plane  
diuinam esse constaret, in sermonibus comitaretur:  
quorum utroque efficiebatur, vt hominum myriades  
Iesum ex mortuis resuscitatum agnoscerent. Si igitur  
ita

ita Christus ex mortuis resuscitatus PRAEDICATUR,  
 quomodo dicunt aliqui MORTVORVM NVLLAM  
 DARI RESVRRECTIONEM: Cum per illam praedi-  
 cationem certissime iam constet, Christum RESVRRE-  
 XISSE, neque minus certo concludatur nos quoque es-  
 se RESVRRECTVROS. Nempe cum MORS OMNIS  
 ad poenam peccati pertineat, RESVRRECTIONE Iesu  
 Christi, ( quae morte eius satisfactum pro peccato esse  
 docet, quippe quae factam ex iudicio Dei dimissionem  
 post praestitam sponsonem loquatur ) nostra quoque,  
 pro quibus satisfecit, mors sublata esse intelligitur: quos  
 non magis quam ipsum detinere posthaec mortis vin-  
 cula valeant, iustificatos cum ipso, atque adeo mortis  
 imperio non relinquendos. Haec vero, *Academici*, cum  
 pia deuotione meditantes, adhaec vitam moresque no-  
 stros componentes tanquam *filiis resurrectionis*, atque  
 operam adeo dantes, *ut integer spiritus noster, animaque  
 cum corpore sine reprebensione seruetur, usque ad diem  
 Domini, grata Deo, eaque perpetua celebrabimus pascha-  
 lia solennia.* Sic igitur *εογλαζουεν* h. e. *solennia illa celebra-*  
*mus.* Ad hoc ipsum vero ut studia vestra accendat Sacra  
 oratione latina, quam de *Resurrectione CHRISTI supra  
 intelligentiam humanam licet posita, certo tamen tenen-*  
*da,* pie & ornate conscripsit, Eximio & eruditiss. Iuueni  
 GEORG. FRID. IANICKEN, Freibergensi, Theolog.  
 Studioso, in partibus dedimus. Cui audiendae ut crasti-  
 naeque solenni maxima festi die, ipsa hora XII, bene-  
 volas aures praebere VTRIVSQ. REIP. PROCERES,  
 nostraeque CIVES, dignentur, qua decet  
 humanitate oramus. P. P. Vigiliis Paschatos  
 Festi A. c. d. Mccc XII.

LITTERIS GOEZIANIS.

61 C 2

10-18



